



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum Festo ad Pascha vsque occurentibus**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

In festo Epiphaniæ. De regum dignitate. Magi qui fuerint, & vnde venerint.  
De vocatione gentium, & quæ in his Magis imitanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54700)

xjō IN EPIPHANIA DOMINI  
IN FESTO EPIPHANIÆ.

*Cum natus esset Iesus in Bethleem Iuda, Ecce Magi ab oriente venerunt, Matth. 2.*

FIGVRA.

1. Reg. 10.

**P**otentissimus Regum Salomon mox ut ad regnum Israel euectus fuit regina Saba, ac vana ad eum Reges exteris regionibus profecti, salutatim, regiamq; dignitatem gratulatum venere, & regijs eum muneribus cumularunt. fuit hoc figuræ mysterij quod hodie nobis recolendum proponit Ecclesia. Vix enim verus Salomon Christus natus erat, ad totius orbis monarchiam à Patre æterni destinatus, quin statim ipsa Gentilitas omnium idololatrarum Regina, & tres exteri Principes stellæ ductu, extremo Oriente exciti ad eum adorandum Ierosolymam venerint, aurum, thuram, myrrham, munera profecto regia, secum ferentes, quæ in grati animi ac venerationis signum offerunt. Est hoc subiectum vere regium, hodie quoque sunt regalia, in quibus clamandum est, vinct Regem quippe natum alij Reges adoratum venerunt, sed Regum Regem, & regibus omnibus imperantem. Ut igitur regiæ hoc subiectum deducam ad Virginem Mariam Reginam matrem, inuocemus prius paracliti spiritus auxilio, opem postulam confugiamus, eamq; obtestemur, fauorem suum regium nobis vt demonstrat, atq; ideo salutationem illi Angelicam offeramus. *Aue Maria.*

1. Esdr. 3.

Disceptarunt olim inter se tres Persici Satrapæ quid ex omnibus mundi rebus fortissimum foret. cum alij alia afferrent, tertius ait fortitudinem regis cæteris præcellere, cuius & auctoritas & potestas sit infinita, & ad cuius nutum omnia contremiscant.

miscant. Et sane dum attentius sententiam huius perpendo, non multum à veritate mihi visus est aberrasse: nihil enim est, quod maiorem potentiam aut fortitudinem præ se ferat, quam maiestas regia; adeo ut quicumque de regibus locuti sunt, non secus ac de mundi columnis naturæ basibus, solibus terræ cæli filiis, Dei vicariis, diuinæque maiestatis hoc in mundo imaginibus locuti videantur.

Imprimis Plato, ille ab omni adulatione alienus, & solius veritatis studiosus, diuinum quidem in regibus elucescere, atque eos non nisi deos humano in corpore ambulantes esse asserere non erubuit. Verba eius sunt hæc, *Rex Deus quispiam humanus est.* Plutarchus tantus in historiis, quantus alter in Philosophicis, non minus Regibus elogium tribuit, *Princeps simulachrum est Dei administrantis vniuersa.*

*Lib. de Doct. Princip.*

Post duumuiros hos rei litterariæ, prodeat Artabanus magnus ille dux Persarum, qui id ipsum coram Rege Xerxe & Themistocle Athenis in Persidem profugo confirmavit, hac apud eum oratione usus: *Honori Persis erit Themistocles, te apud se habere, te inquam qui tantum tibi nomen re bellica & armis peperisti.* Sed scias velim, nos hic Græcorum more non viuere; qui Democratiam amant regna exosi, sed qui Monarchiam probamus, Regem nostrum ex animo ac magno affectu amantes, eumque ut imaginem Dei viuentis, omnia in hoc inferiori mundo gubernantis suspicientes.

*Plut. in vita Themistoclis.*

Et sane Reges natiuæ ac veræ diuinitatis imagines ac simulacra sunt: nam ut Deus Esse quoddam perfectum, atque omnibus numeris absolutum est; ita Reges ad exemplum prototypi perfectissimi

*Petrus Cri-  
nit. lib. 16.  
cap. 1.*

*Reges O-  
lympo  
monti cō-  
parati,*

*Prou. 30.*

ctissimos & ab omni animi contagio immunes esse oportet. Hinc forsitan Alexander Macedo edidit  
vetuit, ne quis se præter Apellem pingeret, aut alius Lyfipp  
duceret ære: (quem alij Pyrgotelem nuncupant)  
quorum ille in pictoria, hic in statuaria arte excelleret. Indignum scilicet putabat ac regis maiestatem  
indecorum, vt ipse Rex aliquid se indignum in  
immagine præ se ferret, quod imperita forsitan ma-  
nus vitium commisisset.

Hæc fortasse fuit ratio, cur Principes aut Reges  
monti Olympo similes quidam esse dixerint: quod  
cum præ altitudine ab omni impressione meteorologica  
immunis sit, nullis agitatur turbibus, nullis impeditur  
fulminibus, aut procellis exagitatatur; quod ita probari aiunt.  
Spargantur in eum cacumine cineres, in ijsque Characteres effin-  
mentur, ad finem an nisi redieris, easdem notas inuenies;  
quippe quas nullus disperferit ventus, aut procella loco mouerit.  
Ad eundem modum & Reges, qui tantum reliquis hominibus auctoritate,  
quantum Olympus montibus altitudine præminet;  
quorum animæ tranquillæ sint oportet, iudicia matura,  
affectus sine affectu, procul ab omni humanarum  
perturbationum turbine semotus, atq; hoc demum est  
diuinitatem in humana natura quam proxime imitari.

Equidē addo, Reges, Dei in terra imagines appellari,  
nā vt omnipotēs iustitiā & misericordiā, vniuersā hanc  
mūdi machinā moderatur, vnde epiniciū illud ei cecinit  
vates, *Misericordiā & iudiciū cātabo tibi.* ita & reges easdē  
dotes, qbus subditos regāt, pferāt necesse est. Designauit hoc  
aperte in Prouerb. Salomon, varia coaceruās animalia, &  
qbus boni Principis naturā colligat: *Tria sunt que bene  
gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter, in  
forti-*

fortissimus bestiarum, Gallus succinctus lumbos, & aries, & Rex, nec est qui resistat ei. Ille siquidem Rex prorsus admirabilis ac propemodum Deus quidam in hoc mundo dicendus est, qui iustitiâ leo, misericordia agnus, sollicitudine & vigilantia gallus est.

Hinc Ægyptiorum reges sceptrum gestabant, cuius summitati caput ciconiæ, clementiæ symbolum, extremitati hippopotami iustitiæ nota, adiunctum erat, quod sceptrum Osiris Rex semper tenuit. Innuere scilicet volebant, reges qui summi Dei, iustitiâ & clementiâ cuncta moderâti, simulacra & imagines sunt, velut eiusdem vicarios, in subditos & seueros, & benignos esse debere.

Cassius, qui cum coniuratis Cæsarem interfecerat, quod Patriam libertatem perditum iret, cæ-  
 de peracta nummos signauit violâ & gladio inter  
 ramos oliuarum interpolito. Viola reimp. gladius  
 iustitiam, & oliua clementiam, quibus ipsa velut  
 vinculo quodam continebatur, designabat, adeo  
 ut qui sine his dominari, aut reimp. regere vellet,  
 non Rex aut consul, sed tyrannus & prædo dicen-  
 dus foret. Vtraq; enim virtus ad reip. administra-  
 tionem cum primis necessaria est. ipsaq; iustitia si-  
 ne misericordiâ non nisi mera crudelitas & tyran-  
 nis, & misericordia sociâ alterâ destituta, non nisi  
 stultitia ac stoliditas iuxta Chrysostomum dicen-  
 da: ambæ igitur coniungi ac connecti debent, ac  
 præsertim in rege ac principe.

Cassij  
 symbolu  
 post mor-  
 rem Cæsa-  
 ris.

Hinc Dominus olim summum sacerdotem, qui in  
 suo ministerio non secus ac Rex quidam præsidet,  
 primo oleo sacro voluit inungi, deinde sanguine  
 conspergi. oleum hoc misericordiæ, sanguis iustitiæ  
 signum erat. Quin & populo Regem postulante,  
 suscitauit Dominus Aod, qui erat ambidexter: quo  
 facto innuere voluit, eum qui à Domino ad popu-  
 lum

Exod. 29.  
 lud. 3.



li regimen deligitur, ambidextrum esse debet: tam iustitia quam misericordia instructum: ab eo qui si alterutrum desit, mancus ille dicendus est.

*Ezech. 1.* Quid enim denotasse putatis Cherubinum quem Ezechiel Propheta vidit, qui hinc humanam illinc leoninam faciem habebat? aliud nihil, quam naturam Regum & Principū, qui instar Cherubini huius, aliquando faciē hominis ad benignitatem & clementiā erga subditos demonstrandam: aliquando leonis assumere debent, quo iustitiae feroces & obseruantes demonstrant, ad improborum delicta, flagitiaque digno supplicio castiganda.

*Reges à Deo stabili.* Verū Reges non modo Dei imagines sunt, in rebus mundi huius theatro erectæ, sed ipsius etiam imaginibus efformatæ, qui nempe ab eo omnem quod in subditos habent, potestatem accepere. Ita namque deus

*Prou. 8.* dem scriptura ait, *per me reges regnant, & legum auditores iusta decernunt.* perinde ac si dixisset. Obtemperate regibus, honorem & fidelitatem ijs exhibete, ego enim eosdē stabiliui, ego sceptrū ijs in manus tradidi, ego denique, qui diadema capiti eorū imposui.

*Psal. 2.* Agnoscit hoc ipsum pius ille Rex Dauid, & in gratum animi signum ait, *Ego autem sum constitutus Rex ab eo super montem sanctum eius.* Et quoniā hoc ad Christum etiam referri potest, aliud in psalm. 4. habet, quod non nisi de se intelligi potest: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.*

*M. Aurelij numisma.* M. Aurelius Imp. Romanor. hoc ipsum intellexit, hinc numisma cudit, in quo aquilam quæ sceptrum è manib. Iouis vnco raperet, Imperatorque traderet, efformauit: quo emblemate designatum non ambitione se aut malis artibus ad Imperium peruenisse, sed diuina clementia & indulgentia præesse ab ipsis inquam dijs non vero hominibus diadema & sceptrum accepisse.

Rex

Rex quidam Siciliae, aut Lusitaniae, non enim ri-  
 te recorder, Ioannes nomine, cum subditos in se  
 videret insurrexisse, mutavit vexillorum elogia,  
 iisque quo se cœlitus electum & stabilitum scirent,  
 atque ut verum regem reciperent, verba illa Eu-  
 angelij inscripsit; *suit homo missus à Deo, cui nomen e-*  
*rat Ioannes: quod cum rebelles legissent, suis è con-*  
*tra inscripsere, In propria venit, & sui eum non recepe-*  
*runt.*

Lepida de  
 rege quo-  
 dam Sici-  
 liae histo-  
 ria.  
 Ioan. I.

Hæc in gratiam Regum dicta sunt, ecce enim  
 ut tres hodie Reges ex Oriente ad Regem Regem  
 adorandum properent, quorum iter & profectio-  
 nem Matthæus describit, dicens: *Cum natus esset Ie-*  
*sus in Bethleem Iuda, in diebus Herodis regis: Ecce Magi*  
*ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui*  
*natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in O-*  
*riente, & venimus adorare eum.*

Ut hanc vobis ipse hodie graphice depingam,  
 primo dicam, quomodo è longinquis regionibus  
 profecti sint, ac deinde, quomodo regem natum  
 adorauerint: atq; ita concionem hodiernam ter-  
 minabo, & vela complicabo.

Cum historia huius diei habeat, Magos ab Ori-  
 ente ductu stellæ venisse Bethleem, & nos imprimis  
 illa respiciat, ad nosque pertineat, æquum est, ut  
 quid proponat, quidue commendat cæteris dili-  
 gentius inspiciamus. Primo igitur, antequam eos  
 Bethleem venisse, & cœlorum regem adorasse de-  
 scribã, quinam fuerint, disquirere volui, quia alij  
 alia de iisdem sentiunt, eorumq; iter diuersimode  
 exponunt. sunt enim qui eos Magos, qui Philoso-  
 phos, qui Reges fuisse dicant. Alij ex Arabia, alij ex  
 Æthiopia, è Chaldæa alij, alij è Perside aut In-  
 dia etiam nonnulli eos venisse volunt. Ab ipsis  
 rem exigam, idque verbis Iosue, quibus Legatos  
 Gabao-

Ios. 9.

Gabaonitarum allocutus est, *Quinam estis vos, et unde venistis? è Perfide aut Arabia? Philosophi an vero reges estis?*

Opinio  
quorundã  
Reges hos  
incanta-  
tores fuis-  
se.

Et sane res difficilis est: plurimi namq; summi auctoritatis viri, à veritate deuiantes, & sententiã cuidã exoticã inhærentes, hos non nisi sortilegos Astrologos & Magos fuisse, inter quos fuit magnus Augustinus, qui in secunda de Epiph. homilia eos nomine appellauit. audiamus eius verba: *Præualet imperitia in rusticitate pastorum, & impietas in crilegys magorum.* Et ante eum Origenes, qui contra Celsum scribens, ait, Philosophos hos & astrologos, cum insolitam & nouam hanc stellam uiderent, sortes consuluisse, & incantationes adhibuisse, quo scirent, quidnam astrum hoc portenderet, cumq; cernerent dæmones, Christo prædominate, obmutuisse, statim coniecisse, ut reuera erat hunc quem stella designabat, dæmonib; longè superiorem & fortiorẽ esse: hincq; proposuisse eundem inuestigare, & quocumq; tandem orbis angulo latitaret, indagare. Idem omnino habet hom. 13. super numeros. Horum sententiã plurimi alij magni nominis doctores secuti sunt, ut primis Basilius hom. de generat. Christi Iesu, Iulianus Martyr contra Tryphonem, S. Ignatius Martyr Epistola vx. ad Ephesios, atque alij innumeros quos recenset Angelicus meus Doctor Thomas. Abduxit hos in deuiam hanc sententiã Magi nomen, quæ apud Romanos legibus interdicitur, ac grauissimis castigabatur supplicijs.

Magi vere  
reges fue-  
re.

Verum non placet mihi hæc sententiã, & quamuis multũ antiquitati tribuam, hinc tamen ab eadẽ discrepabo, & contrarias partes sequar, dicendo tres hosce magos vere reges exstitisse, non quidẽ Persarũ Monarchis, quales Cyrus, Darius, Alexan-  
der,



der, sed regulos ac Principes, ciuitatum suarum, qualis forsitan fuit regulus ille, de quo Ioannis quarto, ac tres illi amici Iob, qui eum in ærumnis & afflictionibus consolatum venerant, qui in Tobia historia reges appellantur.

Plurimi huic opinioni Patres adstipulantur, vt *Tob. 2.* imprimis Tertul. lib. 3. contra Iudæos, cap. 9. Isidorus lib. de passione Domini Leo Papa, S. Hieronymus, Athanasius, Cyprianus, Chrysostom. Hilar. Anselm. Theophylact. & ipse Augustin. qui, agnito errore, principes eos ad fratres in Eremo scribendo, appellare non dubitauit, *audistis sanctissimos reges dominum diligenter quasiuisse.* Accedit huc & sacræ scripturæ auctoritas, ac præsertim Dauidis vaticinium, *Reges Tharsis & insule munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducent, & Isaïæ: Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui:* Huc quoq; coniecturæ, exq; certissimæ faciunt. *Primo, Psal. 72.* quod ex Oriente venerint, idq; itinere adeo longo & difficili, & tantis quidem impensis, quibus pannoſi Philosophi vix sufficiant. Secundo, quod nouum Regem visitauerint, quod solis Regibus licitum. Tertio, quod thesauros habuerint, quod apud Magos, & Astrologos & Prognosticos vix in vsu. Quarto, quod Herodes eos in carcerem non coniecerit, aut ad mortem condemnarit, cum alium in regno illius præter se quærent regem. Quinto, q̄ Herodes Rex Israel eos vt reges agnouerit, & cum ijs velut sui similibus locutus fuerit, dicens vt rege inuento sibi renuntiarent, vt & ipse veniens, adoret eum. Quibus omnib. inductus dicere audeo, quamuis de fide non sit, liberū quodcumq; visum fuerit credere, præsertim tot coniecturis innixus, Magos hos vere reges, non autem aliquos de triuio exstitisse. *Isa. 64.*

At

At cur Euangelista hoc eos nomine non appellat? cur regiae huius dignitatis non meminit? cur regum eos titulo non decorauit, praesertim cum hoc in Christi gloriam redundet? rationes variae sunt, & quidem pulcherrimae, quarum haec prima est. Necessè erat, Regum Rege nato, omnes alios honoribus & titulis suis exui.

Et quemadmodum sol, pulcherrimum illud mundum astrum, diei praeses, luminis totius dominus, cum mane exoritur, stellas omnes offuscat, lucemque eripit. Ita quoque magnus ille iustitiae Sol terrae nostrae horizontem conscendens, tantum splendorem edidit, ut reges & principes, mundi huius hinc ra lumen amiserint, ipse vero solus Rex rutilauerit, caeteris regale nomen subtrahentibus.

Et quoniam solis mentio facta est, fereur Alexander Mag. bellum Persis inferens, cum Darius regem mediam ei regni partem ultro offerret, gloriae hinc aestuans respondisse: Nec duos in caelo soles, nec duos vno in regno reges posse consistere. Ablata, quae supernatant ambitione & inani gloria, videtur responsum hoc non in scite proposito nostro adaptari posse: Christus n. naturae totius vniuersi Dominus & Monarcha, in hoc mundo nascens, omnes corruales & competitores tituli huius exclusit, cuius regia maiestas in ipso solo comprehenderetur, nemo hoc praeter illum nomine in terra dignus exiuit. sol quippe & regnum non patiuntur parem.

*Apoc. 4.*

Atque hinc in Apocalypsi sua Ioannes vidisse se ait 24. seniores, coronatos, ante thronum agni stantes, procidebant ante sedentem in throno, & adorabant venientem in saecula saeculorum, & mittebant coronas ante thronum, dicentes: *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem.* Praesignabat aut potius designabat, quod in natiuitate

uitate filij Dei, agni illius immaculati contigerat, qui vt magnificum Bethlemitici præsepj thronū conscendit, omnes mox seniores, id est, mundi reges, maieftatis se suæ pudentes, & coronas depo- nentes, atq; ad pedes agni abijcientes, eum velut verum & summū Monarcham adoratum venêre.

Ita namq; id prædixerat Isaias, *Et erunt reges nutritij* Isa. 49. *tui, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* & Psalmista, *In conueniendo po- pulos in vnum reges, vt seruiant Domino.* Psal. xlv.

Augustus, audito, cœlestē hunc Regem natum Orosius. edicto vetuit, ne quis Domini nomē assumeret. An nō hinc diuina mirabiliter puidētia elucet? vt nimirū illo nato, in cui<sup>9</sup> humanitatis femore scriptū est Rex regū, & domin<sup>9</sup> dominantīū, nemo eundē sibi titulū arrogaret: atq; hoc lex Aug. Cæs. respicie- bat. Hinc igitur factum est, vt Euang. de his agens Principibus regio eos nomine appellare noluerit, sed potius indigniori Magorum. Hæc quidem pri- ma iam secundam rationem proferam. Appellati sunt Magi, non vero Reges, non q̄ essent incanta- tores aut maleficijs infames, sed docti ac sapientes: atq; ita interpretatur verbum, *Magi*, Anselm. *Non malefici, inquit, sed sapientes Astrologi fuerunt.* Verum q̄ in Chaldæa & Perside soli Magi ad regnum pro- mouerentur. Quod duorū testimonijs cōfirmabo, Gentilis & Christiani. Cicero primus sit. *In Persis augurantur & diuinant Magi, nec quispiā rex Persarum potest esse, qui non ante magorū disciplinam, scientiamq; perceperit.* Hieron. alter, qui in 2. Dan. in hæc verba Lib. 1. de diuin. scripsit, *Magi apud gentem suam sicut Philosophi Chal- daeorū, & ad artis huius scientiam, Reges quoq; & Princi- pes eiusdem gentis omnia faciunt, vnde & in natiuitate Domini Saluatoris ipsi primum eius ortum intellexerunt, & venientes in sanctam Bethleem, adorauerunt puerum stella de super ostendente.*

Tertia

Tertia vel quod nomen sapientiae nobilitate regno & sceptris: quod Salomon confirmat, dicitur  
*Sap. 6.* *Melior est Sapientia, quam vires.* item alibi, *Præpositam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.* vel quod satius sit sapientem, quam regem dici. per sapientiam enim reges regnant, unde ipsa de se ait, *Per me reges regnant, & legum editores iusta decernunt.* Ob hanc quoque rationem  
*Pro. 6.* Euangelio dictum est, *simile est regnum caelorum tibi regi ubi homini præponitur regi.* prius enim quam Rex dicaris, hominem & virum te monitum necesse est, ergo magis Sapientem quam Principem: Magi igitur nostri vere reges fuere.

Unde Magi venerint. Verum unde venire? quo ex orbis angulo, climate ex quo mundi cardine? Chrysostr. eos à Perside venisse existimat, idque verbis poetæ inductus:

*Hom. 7. in Matth.* *Ille penes Persas magus est qui sidera nouit,  
 Qui sciat herbarum vires, cultumque Deorum.*

E contra Iustinus Philosophus & S. Cyprianus putant ex Arabia eos profectos: idque verba scripturarum innuere videntur: *Reges Tharsis & insulae manarum ferent, Reges Arabum & Saba dona adducent.* Chrysostr. & D. Maximus à Chaldæa descendisse volent. Annales denique & historiae Indicae, cum de regibus Calecut agunt, ex India eosdem venisse tradunt. Verum verior, & magis vulgata opinio est, eos à Perside profectos, tum propter nomen Magorum, quod apud Persas in usu est, tum vero quod Euangelista dicat eos ex Oriente venisse: Persis enim media inter Orientem & Austrum sita, ad orientem tantum pertinere dicitur.

Quo tempore Magi Bethleem venerint. Iam disquirendum restat, quoniam tempore venerint. Epiphanius & alij nonnulli existimarunt, non nisi post biennium à Christi natiuitate eos in Bethleem venisse. his s. inducti rationibus prima, quod Herodes omnes

omnes paruulos occidi iussit à bimatu & infra, secundum tempus, quod exquisierat à Magis. ergo inquit, iam duos effluxisse annos à nato Christo, & ex quo se in viam dedere, à Magis acceperat. Secunda, ipsa Purificationis die paruulum, vt pauperula, Deipara obtulit. Vnde manifestum putant, nondum appulisse reges, qui aurum Christo nato obtulerant, quo illa paupertati suæ mederi potuisset. Tertia, venerunt ex Oriente; necesse igitur est iter fuisse longum ac difficile, & plurimos in ipsum menses insumptos.

Sed fuit hæ rationes quæ si cum veritate componantur, facile cedant robur illius pati nesciæ, prima quidem si examinetur, in fenum euanescent, cum enim Euangelista ait, tyrannum infanticidium iussisse à bimatu & infra, sciendum est id ad maiorem cautelam ab eo factum, vt tanto melius quod intendebat consequeretur. Item secunda. Cum enim sanctissima virgo paupertatis iam inde à primis annis fuisset studiosissima, pauperum semper vitam consecrata est: imo crediderim eam statim ac munera filio oblata accepit, in pauperes illa distribuisse; quamquam alij putent eadem in septenni Ægyptio exilio vsu venisse. Tertia vero nihil cum veritate commune habet: neque enim tantum interuallum locorum est, vt duos in itinere annos consumi oportuerit; cū tanto totus circui orbis spatio queat. Quin & nostra ætate Magellanes, magnus ille Vlysses, vix duorum annorum spatio totum orbem, vtrumque Iustrans polum, quamuis varijs in locis adhuc moras haberet, circumnauigauit.

Alij cum prioris opinionis absurditatem vidissent, docuere, Reges hos tam sero quidem in Bethleem non venisse, sed biennio ante Natiuitatē Christi

*Homil. 2.*

sti è patria profectos. Hos inter fuit auctor opes imperfecti, cui succenturiatus videtur & Augustinus Hom. 7. de Epiphan. Alij autem opinati sunt, Bethleem quidem biennio ante illis apparuisse, sed iterum eos distulisse: eo quod stellæ huius exortu curiosius indagare propositum haberent, scire percipi cupiētes quid portenderet, quis illius horoscopus esset, quam iter hoc longum instituerent. Sed nullus eorū mihi veritatis scopum visus est attingere.

Reges non nisi post Christum natum è patria discessere.

At verior sententia quamq̃ Ecclesia cum suis legitur, est, hos Reges ante natum Christum regnum non excessisse, sed illo nato, stellam quam primum apparuisse, quæ natiuitatem illius indicaret, natum, primum illos in viam se dedisse, illaque die tertio decimo post Christum natum die in Bethleem venisse, adeo vt vix nouem aut decem dies iter hoc insumpserint. Credibile namq̃ est, non eadem illos qua stellam vidēre, die, via se commisisse, cum ea quæ ad profectioem necessaria forent, prius essent comparanda: hæserunt decem ad aliquot dies Hierosolymis, quo Herodem aliter querentur, & à Scribis & Sacerdotibus de natu Rege inquirerent. Quæ omnia si simul conferantur, dicere oportebit, nouem illos aut ad summum decem dies in itinere hæsisse. quod & verisimile datur: primo, cum non ab extremis Persidis partibus, sed proximis venerint, adeo vt non nisi centorum miliariorum iter ad summum esse potuerit. perinde cum camelis & dromedarijs, curis assuetis, infederint, qui quamuis grauisimas sarcinas humeris gestent, quadraginta tamen miliaria passuum in diem conficiunt.

*Leuit. 12.*

Adhęc, vt reliquorum opiniones vnâ fidelitâ deducantur, dicendum videtur, Deiparâ ac Iosephum non nisi quadraginta in Bethleem dies, donec Purificata

rificationis quæ quadragesimo, iuxta legis præscriptū, die peragebatur, dies aduenisset, mansisse, ac deinde Hierosolymam *vt sisterent eum Domino*, vti Lucas ait, properasse. Atqui ex Euangelio colligi potest. Iesum in Bethleem à Magis adoratum. Certissimum igitur est, ante quadragesimum à natiuitate diem ipsos aduenisse. Accedit huc, quod nimis absurdum videatur dicere, post duos primum annos illos appulisse, cū Iesus Iudæa tunc exularet, & in Ægyptū iam dudum secessisset. Ipsi tamen in Bethleem, & quidē recens natū, cum in præsepio adhuc iaceret, eū inuenerunt. Imo videtur Euangelista innuere vix Iesum natum fuisse, quin statim Magi cum suis aduolauerint. *Ecce Magi ab Oriente.*

Hoc namq; aduerbium admirandi, sensum illū, sicut & alibi alios, videtur includere: vix enim vnquam in sacris litteris vsurpatur, quin noui semper aliquid innuat. Hic enim cum ponitur, *Ecce Magi ab oriente venerunt*, denotat miracula, prodigia, paradoxa, res nouas & inusitatas, quod Reges Christum adoratum veniant. Est enim mirum & prodigio quodammodo simile, Reges ad Christum conuerti, eorumq; pietas & religio vere admiranda est. Primo quod ingentia imo maxima saxa sint, quæ cum semel solo prostrata fuerint, resurgere & erigi nequeunt. Atq; vt elephas animalium Rex cum semel ad terram conciderit, sese in pedes erigere non potest; ita de Regibus mundi huius sentiendum est, illos, dum in peccatorum voraginem prolapsi sunt, non sine singulari miraculo posse resurgere. O casum metuendum & fugiendum, resurrectionem vero suspiciendam ac penitus admirabilem!

Et veluti orbis Saturnius, omnium Planetarum summus & maximus, omnium se mouet lentissime,

Reges difficillime conuertuntur à peccatis.

adeo vt aliquot annorum millia in cursu conueniendo infumat; orbis vero Lunaris, qui omnium minimus & infimus, nouem & viginti diebus suum suum peragit: sic de motu spirituali, conuersione inquam animarum etiam sentiendum; particularium s. conuersionem celerrime & quod puncto & momento fieri, at Magnatum, ac principum Regum, ac Principum, non nisi summa cum difficultate, magnis laboribus & sudoribus. Quia cum huiusmodi ad Dominum conuertuntur, velut admirantes vsurpare possumus, vt hic angelista, *Ecce Magi ab Oriente venerunt.*

*Ion. 2.*

Secundo, Regum conuersio admiranda ac magnificanda est, quod ad eorum imitationem & conuertantur, subditique vt plurimum ad principum sese componant. Testis sit Rex ille Nauitarum, qui cum ad Ionæ prædicationem peruenisset, agnosceret, pœnitentiam ageret, vitam in mari commutaret; subditi eamdem mox viam vocationem inierunt. Omnes quippe Regum & Magnatum exemplum sequuntur. Quin & in corporibus illud celestibus fieri videmus, primo namque mobili sese mouente, omnes alij orbes & corpora mouentur, idemque stadiū decurrunt. Rex inter homines velut primū mobile dicendus est, qui in quo se dederit viam, regnū mox vniuersum & subditos eamdem, velut manu ducti, ingrediuntur. Vnde scripta, *Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Vocatio-  
nis gentium  
signum  
fuit ad-  
uentus  
Magorum.  
*Ezech. 40.*

Prodigium est igitur, videre hodie ex Oriente venientes reges, qui Christum in stabulo querant, proni adorent. Ecce vero & aliud miraculum longe admirabilius. Hi namque Reges, Gentiles & idololatra vocationem Gentium ad Euangelium, quoties à Prophetis præsignata fuit, designant. Vnde dicit enim Ezechiel splendidum templum, quod al



Ortu ingentem habebat portā quæ semper patens erat; quo viso denotabatur, Christi Ecclesiam, cuius hoc templum ab ortu patens imago & figura erat, aliquando Gentes ad se admissuram. Hinc hodie tres illi Magi, ostio ab Oriente reſerato eandem ingrediuntur, ait enim Euangelista, *Ecce Magi ab oriente venerunt.*

Et quoniam templi mentio incidit, legere in Sacris libris memini, lapides & saxa, è quibus sumptuosum illud ac magnificentum templum Salomonis constructum erat, Iudææ fodinis educta, sed ligna & trabes ac cætera ligna, monte Libano, qui haud procul à Sidonijs & Tyrijs idololatria distabat, fuisse aduecta. Quo denotabatur, Ecclesiam Euangelicam è Iudæis & gentibus simul construendam, quarum hodie primitias in Bethleem cernimus. *Ecce Magi ab oriente venerunt.*

Petrus Apostolus vidit olim cælum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnū, quatuor initijs submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina; & volatilia, aliāq; animalia immunda. Cum hodie reges hos idololatrias, indomita & ferocientia animalia, in Persidis solitudine educata, in Ecclesiæ vas descendere video, idē omnino cernere me existimo. Erro Auditores, erro, non est hoc amplius figura, sed res ipsa. Hodie quoq; celebres illæ nuptiæ, quibus Christus Ecclesiam sibi in coniugem copulat, peraguntur, quando nimirum per omnes mundi incolas ad hasce nuptias inuitent, ne dicam compellant. Stella noua legationem obit in Oriente ad conuocandos Reges, Angeli in Iudæa ad inuitandos Pastores, Principes in ciuitate Ierosolymitana ad admonendum Herodem, quo se ad hasce nuptias præpararent.

Dixi hodie celebres & regales illas nuptias celebrari, & iterum dico, & verum dico. adsunt enim legati à parte sponsæ, qui ex Oriente venère, quæ conuenta & conditiones matrimonij confirmant.

*Psal. 67.* *Venient legati ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius Deo.* Solent namque parentes, quum nuptias filiis suis aut filiabus, quæ tamen non vsque adeo æquales sunt, parare & conciliare conantur, eos adhuc inuiores matrimonij vinculo sociare, tum ut crescente corpore crescat & amor, tum vero ne sponsa futuræ sponsæ suæ deformitatem, natos & vitia agnoscens perspectaque habens, eamdem auerteret, nexumque matrimonij periurus abrumpat. Imitatus est hoc Pater æternus, filium namque suum Ecclesiæ pauperulæ & desertæ sociare cupiens, quam nullam cum illius magnitudine similitudinem habebat, à primis eam incunabulis filio despiciet, nimirum crescente ætate cresceret & affectus, ne fortasse etiam, visâ eiusdem turpitudine ac deformitate, ab eadem fieret alienior. Nosti, infans sapientissime, tu sapientia æterna cum sis, sponsæ tuæ defectus, decipi nequis aut falli, sed amore intellectum offuscante, & rationis te lumine priuante agnoscere te eosdem fingis: & quamuis nulla inter vos sit similitudo, quamuis inquam ipse ditissimus, sponsaque tua pauperrima & omnibus destituta; quamuis ipse pulcherrimus & ipsa turpissimum matrimonium tamen contrahis, & nexum inuestendisque te hodie primis hisce legatis, *tamquam sponsam procedentem de thalamo suo.* O nuptias, exaltem igitur, felicissimas ac vere beatissimas. Exclamet mecum etiam Euangelista. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.*

*Psal. 18.*

*Gen. 3.*

*Ecce Magi, ecce etiam figuræ.* Vix enim Adam natus erat, quin omnia eum animalia ut dominum

& to

eius naturæ Principem agnouerint, illiusq; se paritura imperio promiserint. Et ecce secundus Adam: Christus vix natus in præsepio reclinatur, quin vniuersa animalia, bruti illi gentiles & pagani, tam qui Orientem incolebant, quam qui in Occidente commorabantur, quique vtroq; sub axe latitabant, ad eum venerint, eum adorauerint, & velut Principem agnouerint. Verum me dicere comprobabunt Euangelistæ verba, *Ecce Magi ab Oriente venerunt.*

Gen. 6.

Vix compacta erat Arca ab eximio illo Naupego Noë, quin omnia in eam animalia se receperint, quo à diluuij rabie præseruarentur. Docemur hîc, Sacram Ecclesiæ arcam à Noe secundo, Christo inquam, vix compactam, quin omnia animalium genera, ethnicos intelligo & cultui falsorum deorum deditos, ad eam confugerint, diluuij procellas declinantia, damnationisq; æternæ rabiē subterfugientia. A solis ortu aliquot venientia intueor, *Ecce Magi ab Oriente venerunt.*

Hæc quidem Theologica sunt & sacra, iam è Physicorum quædam scrinijs depromam. Panthera animal illud ferocissimum, tam iucundum odorem spirat, vt omnia animalia, etiam monstrifissima, quotiescunq; in apertum prodit, odoris suauitate illecta, cauernis prodeant, eiusq; vestigia consectentur. Nos vero relicto quod brutale est, mysticum hinc sensum eliciamus. Christi Saluatoris humanitas eiusdem omnino naturæ est; vix in apertos sese naturæ humanæ campos effundit, quin suauissimo omnia odore complet, vt omnes creaturæ, etiã monstrifissimæ, id est, peccatis quam maxime coopertæ, vitiorum antris & speluncis egressæ, incredibili gaudio perfusæ, eundem quocumque ierit sequantur; adeo, vt quod  
 4 olim

*Cant. 1.*

olim in canticis sponsa, dicere queant: *In odore unguentorum tuorum curremus.* Quam porro prodigiosa monstra cauernis Orientalibus prodeunt, quales idololatrarum, quales pagani! *Ecce magi ab Oriente venerunt.*

*1. Cor. 10.*

Magnes ferrum ad se trahere perhibetur, quocumque etiam loco inueniatur. Hinc Augustinus in libris de ciuitate Dei velut miraculum quoddam narrat, de magnete, qui plurimos ferreos annulos catenarum innexos ad se trahebat. Naturarum hoc miraculum, gratiarum adoptans, dico hunc paruulum magnetis modo naturam assumpsisse. Confirmat opinionem meam Paulus dum ait, *Petra autem erat Christus*, sed lapis magnes: primus quem attraxit annulus fuit sacra illa humanitas, deinde pastores quos montibus Iudaeae pellexit, ac mox Magos quos Oriente exciuit, vniuersus denique orbis quem ad se trahet, adeo ut ingentem in Ecclesia, tum ex Iudaeis tum ex Gentibus, eamque indissolubilem catenam confecerit: est scilicet lapis ille angularis, qui vtramque maceriem in vnam conflauit, et Gentilismo scilicet ac Iudaismo non nisi vnum cerum constituit, *qui fecit vtraque vnum.* Ipse quoque huiusmodi alludens olim apud Euangelistam ait, *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.* Annos ingens vis sit oportet lapidis huius, quae ex vltimo Oriente Reges exciuerit, & in Iudaeam duxerit. Narrat hoc velut miraculum Euangelista, *Ecce magi ab Oriente venerunt.*

*Joan. 12.*

Ecquae pueri huius diligentia, ecquae cura, aut potius amor? Vix enim natus est, quin legatos in vniuersum terrarum orbem destinet, quo mundum aduentus sui certiore reddat. Stellae in Oriente sperant, Regesque commonefaciunt, ut in iter sese dedant. Angeli montes petunt, pastoribusque Iudaeae natum

natum Saluatorem annuntiant. Apostoli mox per omnes mundi angulos discurrent, eumq; de Messia aduentu certiozem reddent, si dubitetis, audite Prophetæ verba: *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* *Psalm. 18.*

Isaias Propheta hoc à longe presagiens, nomina ei imponit, quæ hanc diligentiam ac festinationem satis innuant: *Voca, inquit, nomen eius Accelera, festina prædari, quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ: quæ postrema septuaginta ita interpretantur: Auferet fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ.* quod exponens B. August. ait: tum completum esse, quando Magi & Reges illi gentium ab Oriente venerunt, fortitudinemq; Damasci ei obtulere, aurumq; id est, diuitias & spolia Samariæ attulere. Porro nomen habet, *Accelera, festina,* & merito quidem cum ab ipsis incunabulis legatos per omnes terræ angulos emittat. *Serm. 4. de Epiph.*

Quam scite huc quadrant verba illa sponsæ in Canticis, *Ecce iste venit transfiliens colles? è cælo nimirum empyreo descendens in crystallinum, deinde in primum mobile, hinc in firmamentum, mox in septem planetarum orbem, illos transfiliens peruenit in sphaeras elementares, illasq; prætergressus in vterum Virginis, ex vtero in stabulum & præsepe saltauit. O ecquis saltus, ecqui colles! Salit etiam vsque in orientem, atque ideo: Ecce Magi ab oriente venerunt.* *Cant. 2.*

Audiamus iterum loquentem sponsam: *Ecce iste venit saliens in montibus, transfiliens colles, similis est dilectus meus caprea, hinnuloq; ceruorum,* id est, Quanta sponsi mei diligētia est, ac festinatio! salit in montibus Patriarcharum, Regum & Prophetarum, transcendens cælorum colles, saliens in montibus

Sion, Thabor, Caluaria: tantaq; illius festinatio  
vt capreas hinnulosq; cursu exæquet.

Caprearū  
& hinnu-  
lorū pro-  
prietas.

Hæc Theodoretus verba exponens, ait caprea  
visus esse perspicacissimi: ceruum vero animal  
venenatis quam maxime aduersari, adeo vt qua  
primum atq; editus est, serpentes, aspides, viprea  
ac colubros persequatur, anhelituq; suo eadem ca-  
uernis & antris educat: Dispiciete hic allegorici  
sensuum indagatores, num Christus paruulus hic  
vere sit caprea, quanta namq; in eo perspicacia lo-  
culis quippe in orientem vsq; pertingit, queis Ma-  
gos ad se pellicit. num ceruus quoque dici possit,  
quippe qui iã inde ab incunabulis, illos dracones,  
reges inquam gentiles, idololatriæ cauernis soli  
misericordiæ suæ spiritu exciet. Videte vt eisdem  
egrediantur. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.*

*Iob. 2.*

Anne totum me hodie tenebis, ô Ecce: nouit  
adhuc de te cõceptus pferendi. Tres illi amici Iob  
qui Tobia secundo reges nuncupantur, cum eum  
sterquilinio vlcerib. plenum sedentem conspexi-  
sent, lacrymari cœpere, oculis & manib. celo ere-  
ctis, & admiratione nimium quantum perculli. Et  
ecce tres etiã Reges Christū hodie inuisunt, quod  
credibile est, dū eum in præsepio iacentē, & intra  
animalia vagientē, in summa inopia & egestate cer-  
nerent, percussos stetitisse, & vbertim præ cõspera-  
tione lacrymatos esse. Innuere hoc videtur Psa-  
mographus. *Reges terre congregati sunt, conuenerunt in  
vnum: Ipsi te videntes sic admirati sunt, concubati sunt,  
commoti sunt, timor apprehendit eos. Ac merito quidē  
admirari poterant ac percelli, cum filium Dei, Re-  
gem Regum in stabulo inter animalia offenderent.*

*Psal. 47.*

*3. Reg. 25.*

Inter omnes Dauidis Regis milites palmā & p-  
coniū tres illi merētur, q haustā à cisterna Berthe-  
lem aquā, per media hostiū castra penetrātes, in spe-  
luncam Odollam sitiēti illi attulerunt. At vici-

mus hic non tres milites, sed reges ad Dauidem nostrum Christum in speluncam Bethleem venientes perfracto hostium, id est, falsorum Deorum cultus agmine, gratiæ aquam inde educere.

Nathan Propheta cum ad Dauidē regē ingressus <sup>3. Reg. 1.</sup> esset, hac eū oratione allocutus est, *Domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum? Quia descendit hodie & immolauit boues & pinguis, &c.* Quid auditis Dauid, vocatā ad se Bethsabee, promissum q̄ olim fecerat, renouauit, & Salomonē filiū ei⁹, regē ac successorē denuo designauit. vtq; hoc foret euidētius, tres ad se viros vocari iussit, regni fulcra & robora, Sadoç, Nathan & Banaïam, qui per vniuersos regni limites diuulgaret, non Adoniā sed Salomonē ad paternū soliū euehēdum. quo audito, Adonias & quotquot ei⁹ partes sequebātur, mirū in modū percussi sunt. Promiserat, Auditores, toties naturæ humanę Pater æternus, ipse quin ēt angelus Marię filiū illius fore regē. <sup>Luc. 1.</sup> *Dauid illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū: cumq; videret Herodē, nō vero Iesum filiū pacificum, dominari, iurauit, nō illum sed hunc, vt i promiserat, regnaturū. Atq; ideo stellā in Orientē destinat, quę tres reges inuidiissimos gentium omniū decora & ornamenta ad se vocet, qui verū Salomonem Iesum Christum adorarent, eumq; per vniuersum orbē regem esse promulgarent, muneratq; ei & xenia, vt principi summo ac legitimo, non vero alienigenæ Herodi, afferrent. Hinc aiunt, Vbi est qui natus est rex Iudeorum? Quo audito Herodes Idumæus, omnisq; eius aula percussa est, Turbatus est Herodes, & omnis Ierosolyma cum illo. Annon omnia exactissime conueniunt, & optime coincidunt? sed addam & alia.*

In Ezechia regis gratiam decem gradibus solis  
ymbram

Isa. 38.

4. Reg. 10.

2. Paral. 33.

umbram in horologio retrocedere permittit. De  
 quod cum Astrologi Babylonij percepissent, Rex  
 eorum audiuiſſet, ob Ezechiã regem Iſrael hoc fe-  
 ctum, legationem in Iudæam vna cum muneribus  
 deſtinavit, quæ ſimul amicitiam illius expoſceret.  
 Arrigite aures & animum Chriſtiani, idipſum  
 hic contingere videbitis. In gratiam nati Ieſu,  
 Deus ſtellam Magis in Oriente demonſtrauit, qui  
 cum ob Meſſiam natũ, eandem apparere intel-  
 xiſſent, vna cum muneribus eum adoratũ veniunt.  
 Sed non cuncta in hac figura cum figurato ſunt pa-  
 ria. Legati ſiquidẽ Regis Babylonij Ezechiã in am-  
 pliſſimo ac ſplendidiffimo palatio, auro & gazis  
 referto, repererunt, Magi vero Chriſtũ in ſtabulo  
 in ſumma egeſtate & inopia. Illis Ezechias diuitias  
 demonſtrauit, theſauros aperuit, in iſſq; glorians  
 eſt; at Chriſtus his non niſi præſepe, paleas & ani-  
 malia oſtẽdit. Hic cine honor eſt, Saluator mundi,  
 quem regali huic legationi exhibes? itane prin-  
 cipes illos externos excipis? ſed ſiſtendum hic, nec  
 profundius myſteriorũ horum abyſſus penetran-  
 da. Sed iam ſatis ſuperq; primam hanc partẽ pro-  
 ſecuti ad alteram veniamus, & quomodo Prin-  
 cipes hi Regem natum adorarint, diſpiciamus.

*Daniel. 5.*

Multũ iam itineris confecerant, & Ieroſolymã  
 vſq; peruenerant, palatiũ Herodis ingrediuntur,  
 inquirunt, *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* Herodes  
 turbatur, & omnis ciuitas cum illo. O rem no-  
 uam, ſed admirabilem! Paruulum in præſepio ve-  
 gientem regibus, vrbibus, ipſis quin etiam regibus  
 timorem incutere? Mirabile & prodigij ſimile vide-  
 atur, digitos ad luminis umbrã apparentes regno  
 Babylonico metũ iniicere, ac non vero mirabilius  
 eſt, paruulum in ſtabulo iacentem, in præſepio re-  
 clinatũ Iudæam vniuerſam percellere ac turbare.



Et nunc reges intelligite; si solorum digitorum tanta potentia sit ac fortitudo, quanta totius manus, quanta brachij futura est? si metuant Herodes eiusq; sequaces, quid alios facere par est?

O Iudæi, ô Scribæ, ô legum Doctores & Rabini, itane tremitis & trepidatis in ædib. vestris commorantes, adeo vt foras prodire nō audeatis? hæcine audietis, & puerum cum illis adorare detre-ctabitis? Misistis olim legatos ad Zachariæ filium in solitudinem, & ad Mesiã vestrum in Bethleem nullos destinabitis? Bene dicitis, idq; iuxta Prophe-<sup>2. Reg. 16.</sup> tas, in Bethleem eum Iuda nasci debere, nemo tñ <sup>ser. 56. de</sup> vestrum credit. Similes estis Achitopheli, qui alijs <sup>diuersis.</sup> quidem optime, sibi vero pessime consulebat. Augustin. vero fabris vos comparat, qui arcam Noë compegerunt, qua ille cū suis diluuiio eriperetur, ipsi verò excluderentur. O insensati & excæcati Iudæi! ecce Magi, Philosophi, Astrologi, nudæ Prophetiæ Balaã, qui vnus è maiorib. eorum fuit, *Orietur stella ex Iacob*, innixi, regnum & suos deseruere, longum iter instituunt, paruulū Mesiã adoratum veniunt: & vos, tot Propheticis illustrati vaticinijs & oraculis, domo vestra non egrediemini, vt vbinam locorum inueniendus sit, inquiratis.

Ecce, subierunt iam stabulū, hoc indicant stâtes præ forib. cameli & dromedarij, de quib. locutus Isaias ait. *Quando fortitudo gentium venerit tibi, inun-* <sup>Isai. 49.</sup> *datio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Ephra.* Ecce Mariam proni salutant, ac puerum supplices adorant, *Et intrantes, inuenerunt puerum cum Maria Matre eius.* Non legitur Ioseph in stabulo tunc fuisse: disponente ita temporum vices sanctissimo spiritu, ne imbecilles illi neophyti, in fide non vsque adeo confirmati, illum vt Patrē pueri haberent. Hinc etiam colligere possumus, Beatissimam  
Dei-

Deiparam dono linguarum à Spiritu S. donata fuisse: quis enim hos reges excepisset, quis ijs locutus fuisset, quis intelligere, nisi illa, omnium linguarum cognitione illustrata eorū idioma intellexisset? Præsertim cum Ioseph non adesset, præsertim paruulus elinguis & infans esset, nullumq; ad manum interpretem haberent. Sed ad lineam.

Vix intrauerant stabulum Magi, quin confestim proni paruulū adorarint, omniq; illi obsequium exhibuerint, *Et procidentes adorauerunt eum.* O regū humilitas ac submissio! Prædixerat hoc olim Haas. *Erunt reges nutritij tui, vultu te in terram adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent,* ac tu Psalmita *Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent.* Quanā obsecro de causa, ô Principes carissimi puero huic honorē exhibetis, cur ita vos submititis, proni in terrā caditis, aut eum adoratis? Vbi nam est illa diuinitas, maiestas, vbi nā Angeli, vbi nā miracula, quæ demiremini? Illene est, quæ coram Herode regē Iudæorum nominastis? Vbi nā illius palatium, vbi aula, vbi corporis stipatores & laterones? vbi omnis nobilitas? vbi splendor & dignitas? quid hic præter stabulum, præsepe, animalia, bouē & asinum intuemini? quam in ops equib.

Isa. 49.

Psal. 71.

Gen. 27.

Tacendum hic est ô anima, hæc quidē exterioribus, sed internis & mētis oculis sublimiora & altiora contēplantur. Sensus exterior paruulum ante oculos ponit, sed fides eum depingit, vt Deus. Et quemadmodū senecio ille Isaac cęcutiens & caligans Iacob filiū, licet in mentito habitu, agnouit. Ita Magi hi quamuis oculi eorum præ lippitudine gentilitatis nimium quantū caligarent, Deum tamen verum in hominum latentem habitu, & vilib. humanæ naturæ pannis coopertum agnoscunt. Similitudine quadam nota rem notiolem faciam.

Acci-

Accidit interdū reges & Principes in emētito habitu per regni sui puincias, ne à subditis agnoscat̄ur, oberrare, vt plurimos Frācie Reges olim factirasse historiē monumētis proditū ēst, verū si penitit<sup>9</sup> eorundē & agēdi & loquēdi rationē quis intueatur, videbit quā primū sublimi<sup>9</sup>, quid sub vili illo pallio delitescere: manuū siquidē mollities nobilitatē & otiū arguet, verba aulā sapient, omnisq; mot<sup>9</sup> & actus regiā dignitatē, non vero mechanicā artē prē se ferēt. Ecce summus ille Regū Rex cū in fictitio hominū habitu per mundi huius regnū incederet, (*formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo*) naturāq; humanā assumpsisset, reges hi Eoi proprius eū considerātes, eiusq; man<sup>9</sup> inspiciētes, i. opera illi<sup>9</sup> contēplantes, quod s. adoreretur ab Angelis, ab Herode Rege timeretur, alijsque in rebus potentiam suā declararet, statim iudicāt, nihil hic vulgare, sed diuina omnia ac supra hominū sapiētīā subesse. Deinde verba illi<sup>9</sup> attendētes & loquelam illā fascinatoriā, qua & omnes in admirationē rapere, agris mederi, mortuos ad vitā reuocare, ac dāmonib. metum incutere debebat, considerātes, quam primū censent, hęc omnia aulam, palatiū, nobilitatem ac dignitatē regiam spirare.

An non meministis, quā sincere & liquide iudicauerit latro ille in cruce de Christo, quāuis namque cum miserū, plagis liuidū, vulnerib. coopertū, sanguineos stillantē riuos, in crucem, in medio latronum actū, morti proximū cerneret, oculos vlteri<sup>9</sup> tamen sustulit adeo, vt diuinitatē sese occultantē perspexerit, magnaq; animi constātia dixerit, *Memmento mei, dum veneris in regnum tuum.* Ecquæ illa fides fuit! at non minor Magorū exitit, qui licet nō nisi paruulū pannis inuolutum cernerēt, eundem tamen vt Deum adorant, ac sub illa paupertate  
laten-

Matth. 27.

latentem quandam maiestatem agnoscant, & cum  
Isaia exclamare coguntur, *Verè tu Deus absconditus*

*Jerem. 16.* Ecquæ cum paruulo hoc verba habuisse en-  
portuit, quos sermones miscuisse? Innuit aliquid  
Jeremias dum agit, *Ad te gentes venient ab extre-  
terra & dicent, Mendacium possederunt patres nostri, &  
nitatem quæ eis non profuit. id est, Atavi & proavini  
stri magna in cœcitate & caligine obscura verum  
sunt, cum vero relicto Deo, idolis immolarunt. Tu  
enim solus Deus es, tu Deorum omnium summus  
tu dignus quem vniuersa mundi huius machinam  
adoret, qui vnus es essentia, & personis trinus.*

*2. Reg. 7.*

Cum hæc, pedibus interea oscula infigendo, stre-  
gendo, amplexando, salutando, adorando, & cetera  
velut numen, proferunt, oculos circumquaque  
rêtes loci, in quo nasci voluit, utilitatē ac pauper-  
tatem demirantur, atq; in admirationē rapiunt. Ver-  
ba illa Dauidis, quæ pudore confusus Nathanael  
vsurpasse, visi sunt: *Videsne quod ego habitem in Ierusa-  
cedrina, & Arca Dei posita in medio pellium?* Idem pe-  
dor Magorum ore verba eadem videtur elucere  
atq; huiusmodi sermonē efformasse. Aequum  
videtur Domine, in stabulo te nasci, in præsepio  
clinari, frigori & aëris inclementiæ exponi, à filiis  
animalibus seruari, nos autē in regnis nostris palatia  
splendidissima incolere, delicijs abundare, magna  
nobilium caterua circumagi? Atria nostra tria-  
thina sunt, aurata sunt, domus nostræ aulae con-  
uestitæ, tu vero ô summe regum Rex in sordibus  
Iutaris, in præsepio iaces, in palea reclinatus es, in  
stabulo commoraris. O ingens humilitas nostram  
coarguēs vanitatem! ô paupertas nostras culpam  
diuitias! Erramus igitur, insanimus, atq; hoc di-  
cendo, *procidentes adorauerunt eum.*

Prudens illa iuxta ac pulchra Rebecca cum pre-  
tiosis

ant, & en  
scondi  
uiffe en  
uit alia  
ab extr  
es nostri  
prozi  
ura verie  
clarunt  
m summa  
is machi  
trinus  
ndo, thro  
ndo; tu  
nqua; b  
ac paup  
Erapu  
Nathan  
rem in  
? Idem pu  
ur eluc  
Aequant  
refepion  
oni, a  
tris pal  
are, mag  
stra tri  
ulxis co  
ordib. ro  
tatus es, i  
s nostran  
s culpam  
q; hoc  
cum pre  
riobu

tiofis induta monilibus, cameloq; vecta, futurum sponsum, Isaac, magni Abrahæ filium vidisset, protinus descendit: indignum scilicet arbitrata, se superbe indutam camelo insidere, dilectum vero suum peditem iter conficere, Prudentes illi Principes, qui diuitijs & auro onusti, camelisq; & dromedarijs inuecti patriâ egressi erant, cum paruum Iesum summi Dei filium in terra iacentem, inter animalia in præsepio reclinatum cernerent, statim camelis descendunt, indignumq; censent, Creatorem tanta in humilitate & paupertate nudum incedere, se vero creaturas tantam vanitatē, superbiamq; amplecti & confectari. Quamobrem cōfusi & erubescetes, *Proidentes adorauerunt eum.*

Gen. 24.

At non hîc eorum stetit humilitas, sed postquâ animo demisso eum adorarunt, *apertis thesauris obtulerunt ei aurum, thus & myrrham.* credibile porro est hæc eos verba muneribus adiunxisse: Cœlorum terræq; rector ac dominator amplissime, cuius natiuitatem stella magistra didicimus; Regum omnium summe ac prime, benigno quæso oculo munuscula quæ Vasalli Principi suo clementissimo offerunt, intuere, ac grata tibi sint ea & accepta. Thus tibi velut Deo, aurum vt Regi, myrrhâ vt Messia offerunt; thus diuinitatis, aurû humanitatis, myrrha sacerdotij tui symbolû est. Quod Poëta succincte complectens ait,

*Aurum, thus, myrrham, regi, homini, Deo,  
Dona ferunt.*

Hæc ad nostram doctrinam dicta sint Auditoribus; Non enim sufficit his Christum adorasse, sed adorant  
Magi & adorant  
res; Non enim sufficit his Christum adorasse, sed Christum,  
munera quin etiam offerunt. non satis quippe est, & mune-  
diuinam adorare & credere potentiam, sed chari- ra ei offe-  
tas etiam exercenda est, eleemosynæq; in pauperes runt.  
erogandæ, fides & opera plerumq; coniunguntur,  
De S S. tom. 1. m ado-

adoratio & misericordiae opera simul semper progrediantur necesse est. Plurimi siquidem fidem adorationem in ore habent, misericordia vero anima penitus exulat.

Figura.

Nullum in veteri lege animal mundum habebatur, nisi quod ruminaret, atque vngulam bifidam haberet. Ad eundem modum illa demum anima sancta ac pura dicenda est, quae vngulam bifidam habeat, id est, quae eleemosynam & charitatem confectetur. haec namque fissura eleemosynas, aliaque opera misericordiae denotat. quarum vero pedes bifidi non sunt, immundae censeri debent.

Luc. 7.

Ficus illa Euangelica, quae fructu sed non folijs carebat, à Christo velut anathemate percussa, quae primum exaruit. Ita qui fidem habent & non charitatem, qui Deum constanter adorant, proximo vero misericordiam denegant, aridae ficus sunt, atque à Deo maledicti maledictaque exarescere, magna infamiam merentur. At quotnam, Deus bone, huiusmodi hodierna die reperire est arbores! sed non ita profecto Magi nostri fecisse visi sunt, qui postquam Christum adorarunt, munera quoque pretiosissima eidem offerunt.

Notandum porro hic est, omnem Deo thesaurum eos aperuisse: vnde discimus, Deo soli omnia nostra, possessiones, bona, & quidquid demum hic habemus accepta referenda esse; ac pessime agere eos atque erga Deum ingratos existere, qui pauperum sua occludunt, arcis eadem includentes. Considerandum hic item, Christo illos, non autem Herodi, thesauros aperuisse. Multi vero, pro dolor! hodie penitus contrarium agunt, qui scilicet thesauros, diuitias, arcas suas, non Deo vel pauperibus, sed Herodi, mundo, lusui, vanitatibus, inanijs referant. O rem deplorandam!

Hinc

Hinc à Propheta Ezechias Rex castigatus est, q<sup>4. Reg. 2.</sup>  
 diuitias, thesauros, similiaq; legatis Babyloniorū  
 ostendisset. Docentur hic illi ac correptione cen-  
 sentur dignissimi, qui bona sua, diuitias, possessio-  
 nes, redditus, idololatriæ Babylonis, id est disso-  
 lutionibus, laruis, lusui, ineptijs, stoliditati mun-  
 danæ, & tripudijs demonstrant, id est in res vanas  
 impendunt. At non ita Reges nostri, qui soli Deo  
 thesauros suos referāt, *Et apertis thesauris obtulerunt  
 ei, &c.*

Magna & opaca illa arbor, quā Nabuchodono- *Dan. 4.*  
 for vidit, cuius rami vtrumq; mundi cardinem tā-  
 gebant, quæq; frondibus & fructibus luxuriabat  
 tandem excisa fuit eiusq; fructibus animalia sagi-  
 nata. Opulenti & pecuniosi mundi huius, (qui in-  
 star ingentis cuiusdam arboris cæteris hominibus  
 videntur, auro, inquam, argento, pecunijs, rediti-  
 bus onusti; at qui non nisi in brutales vsus eadem  
 insumunt quo nimirum gulæ & sensualitati alijsq;  
 brutalibus appetitibus satisfaciunt) ingens profe-  
 cto discrimen adeunt, ne instar arboris huius ex-  
 scindatur, libro vitæ deleantur, vindicem diuinæ  
 iustitiæ securim experiatur, itaq; in flammæ æter-  
 nales conijciantur.

Epulo ille Euangelicus, qui loculos euacuabat *Luc. 16.*  
 in delicias, in voluptates, in canes & aues, in vestes  
 splendidas & magnificas, atq; in luxum pecunias  
 prodigebat, non vero in pauperes, aut in lazarum;  
 in inferno tandem sepultus genuit. Verēdum pro-  
 fecto est, ne qui similem hoc in mundo vitam du-  
 cunt, similem quoq; apud inferos cruciatum expe-  
 riantur, qui nimirum Reges hos non sunt imitati,  
 qui apertis thesauris suis Christo recens nato ob-  
 tulerunt aurum, thus & myrrham.

Sed filum orationis iam abrūpamus, eorumq;  
 m 2 iter

Tria in re-  
gibus his  
imitanda  
sunt.

*Ser. 3. de E-  
piphan.  
Homil. 36.  
in Euangel.*

*1. part. quæ.  
38. art. 2.*

iter & munera seponamus: quin eos potius imi-  
mur, exemplar eorum quam proxime sequamur.  
Tria nos illi docent, promptam obedientiam, mu-  
nerum oblationem, ac per aliud iter in patriam re-  
uersionem. Obedientiam inquam: quam primum  
enim vt stellam videre, quæ eos ad iter suscipien-  
dum inuitabat, in viam se dedere. Hos nos imi-  
mur oportet non desunt enim stellæ quæ nos ad  
Deum vocent, at nos easdem vel non videmus,  
vel earum nutum aut monita non sequimur. Ste-  
llæ siquidem sunt exempla Sanctorum, vt Leo Ma-  
gnus ait; sanctæ item prædicationes & inspiratio-  
nes interne, quibus nos Deus ad se vocet iuxta o-  
pinionem Greg. Pontificis. Sed quæ nostra mal-  
itia est, oculos occludimus, earumq; ductum sequi  
detractamus.

Munera quin etiam imitanda sunt, & imprimi-  
quod primo aurum obtulerint: hoc symbolum  
charitatis est, quæ inter ceteras virtutes, non secun-  
dum aurum inter metalla, prima est. hæc igitur præ-  
cæteris Deo offerenda. nam, vt D. Thomas ait, æ-  
mor omnium donorum primum est, ac velut in-  
nitor, cuius adminiculo & auxilio cæteræ virtutes  
in scenam prodeunt. Secundum donum thuris est,  
per quod ipsa designatur oratio, quæ animo cha-  
ritate erga Deum incenso profecta, Deo iucundis-  
simum odorem dirigit, ac velut thymiana grati-  
simum adolet, quod omnes alios odores longe su-  
peret. Vltimum est oblatio myrrhæ, quæ mortem  
designat, & qua mortuorum corpora conduntur.  
Docemur hic, sensus, concupiscentias, voluntatem  
deniq; nostram mortificandam esse, ac veluti gla-  
dio iugulandam, adeo vt vitam & omnem erga res  
mundanas gustum amittat, sequendum hic est  
consilium Caiphæ Pontificis, qui de Christo morti  
adiudi-



adiudicando dicebat, *Expedi, vt vnus homo moriatur pro populo.* Vt igitur vniuersa sensuum nostrorum multitudo morte eripiatur, vnum hominē mori necesse est; id est, voluntatem, quæ præcipua eiusdem pars est, mortificari: Passiones stirpitis euelli non posse fateor, & radices sensualitatis penitus præcidi posse nego, sunt tamen refrenandæ, ac mortificandæ, & Iesu Christo, in modum myrrhæ, piorum horum imitatione, offerendæ.

Leuitis olim in veteri lege præcepit Deus, omnes vt corporis pilos raderent: noluit eosdem stirpitis euelli, sed tantum abradi. Pili superflua naturæ excrementa sunt & simul figura passionum nostrarum quæ vna cum natura & ætate excrescunt. has non euelli sed sancta mortificationis nouacula abradi, sibiq; in oblationem, velut myrrham quamdam regiam, dari vult Deus. *Num. 3.*

Reditus adhæc Principum horum in patriam imitandus est: nam, teste Euangelista, per aliam viam reuersi sunt in regionem. Venerant siquidem per latam idololatriæ & infidelitatis viam, per regiam vitæ emendationis conuersionisq; viam reuersi sunt. Hoc ipsum nos imitari oportet. cum enim per difficiles illas ac molestas scelerum vias ambitione, libidinibus, avaritia, inuidia & & rancore plenas, per viam illam latam quæ ad perditionem & infernum ducit, ad Ecclesiam accedimus; per aliâ redeundum est, & iter gratiæ contritionis, pœnitentiæ insistendum, iter inquam quod recta ad æternam beatitudinem ac gaudia cœlestia ducit. Hoc scilicet fecere Magi nostri, qui per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Dominus apud aliquem Prophetarū, (Ezechielem puto) præcipit vt quicumq; templum ingrederetur, per aliâ portam eodem egrederetur. Sen-

sus mysterij est, vt quicumq; ad cōfessionem accedunt, vel Deo in Ecclesia se repræsētāt, per aliam q̄ intrauerant portam egrederentur, id est, eadem peccata quibus onusti intrauerant, non exportent.

*Luc. 12.*

Cōtra ac Pharisæus ille Euangelicus, q̄ eadem, qua templum intrauerat porta exijt, domum sc. eadem qua venerat ambitione, fastu, & vanitate grauatū reuersus est. At non ita Reges nostri, viam namque mutāt, peccatores siquidē venerant, iusti redierūt, ac per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Et quoniā de reditu verba facimus, gloriosum mihi futurū est, pios illos Principes in patriam tam lōgo itinere redeuntes comitari, & æquum, ijs suis conuasantibus, sarcinasq; colligentibus, me meā conuasare; æquum est inquā vt receptui iam canā, vobis vale dicā, & cum Lycurgi factō finem concionum mearum faciā. Hic cum optimis temp. Lacedæmoniorum legib. stabilijset, variasq; cōstitutiones reip. salutare edidisset, in concione publice ad populum ait, velle se Delphos, vt de legibus suis Deum consulat, proficisci, sed non prius se inire dare velle, quam sancte se omnes, quidquid decretum esset, donec Delphis reuerteretur, obseruatores iurassent. Quod cum omnes libentissime fecissent, in viam se dedit. Delphos cum venisset, Deum consuluit, num Lacedæmonij, quamdiu leges suas obseruarent, prospere agerent. Acturos respondit Deus nec prius pessum & in deterius abituros, quā easdem neglexissent, & reuera quingentis aut amplius annis quibus sancte easdem & exacte obseruarunt, eorum resp. Græciæ caput & Princeps exstitit. Lycurgus autē audito tam præclaro oraculo, gratijsq; Deo actis in patriam reuerti noluit, sed fame emori maluit: imo & à morte cineres suos, ne mortuus forte in patriā rediret, in mare spargi voluit.

*Plut in Lycurgo,*

voluit. vt nimirū Lacedæmonij, ipso nec viuo nec mortuo in patriā redeunte, promissis stātes, eiusdem leges in perpetuum obseruarent, nulloq; vnquam tempore, vti iurauerant, eosdem violarent.

Equidem Lyncurgi exemplo, à longo iam tēpore conscientiarum vestrarū temp. constituere conatus sum, easq; in optimum ordinem redigere, atq; ideo varias & quidem grauissimas leges produxi, non quidem domi meæ natas, aut fornace eductas mea, sed cœlestes, diuinas, Deoq; auctore promulgatas. leges quæ mortem, iudicium, infernum, ac gloriam cœlestem respiciunt, sc. omnibus fatalē moriendi legem impositā corpora nostra violenter hinc letho abripienda, cœmeteria tā Reges quā colonos recipere. Deinde oēs coram summo iudice cōsistere debere, & in tribunali illo seuerissimo de tota vita rationē exactissimam reddendā esse: infernalīa supplicia impijs diuināq; maiestati repugnantibus sustinēda, ignem apud inferos paratū flagitiosis, qui corpora simul & animas adurat, & non comburat, quiq; semper ardeat, & non consumatur. Deniq; in nouis & probis gloriā interminabilem in cœlis præparatam vitam perennem, à qua mors exulat, vbi nulla erumna, nulla molestia, sed voluptas, delicia, iubilus, exultatio, honor nūquam finē habiturus. O leges sanctissimas! Adieram oraculum illud veteris testamēti, Salomonē, consulturus, num eæ æque forent, & ad salutem conducerent; respondit ille, felicem, qui eas obseruaret, fore, vitamq; nullis peccatis ducturum contaminatam, sed Angelorum in terris puritatem imitaturum. Ecce responsum eius. *Recordare nouissima Eccles. 7.*  
*tua & in æternum non peccabis.*

Cum igitur iam in p̄cinctu sim quo à vobis discedā, prius discessum instituere nolui, quam sanete

mihī omnes & solemniter iuraueritis, vos harum  
vſq; in reditum meum, fore obſeruantiffimos. Et  
ſi mortem optare fas eſſet, equidem libenter eam-  
dem ſubirem, vt, me non amplius ad vos redeun-  
te, promiſſio ac iuramentum veſtrum, quod de  
obſeruandis legibus meis præſtiteratis, perpetu-  
um foret.

*Acto. 20.*

Illa fuit valedictio Lycurgi, quam hodie & mi-  
hi aſſumo, cui & aliam Apoſtoli Pauli, magni illius  
doctoris & præconis Euangelij per vniuerſum or-  
bem, cum Mileſijs valediceret, ſubnecto: *Ecce nunc  
ego ſcio, quia amplius faciem meam non videbitis vos om-  
nes. per quos tranſiui, predicans regnum Dei; quapropter  
contestor vos quia mundus ſum à ſanguine omnium; non  
enim ſubterfugi, quo minus omne Dei conſilium annun-  
tiarem vobis. attendite vobis.* Non abſurdum autem  
videatur Auditores, ſi eiſdē vos hodie verbis com-  
pellem, ab vrbe veſtra diſceſſurus, in qua tanto ſc̄  
tempore concionatus ſum, & Euangelium annun-  
tiaui, quiq; ignorem vtrum vos alias viſurus ſim;  
Quapropter contestor vos omnes, quia mundus  
ſum & innocuus; ſi enim ſanguis homicidium ſpi-  
rituale, id eſt, peccatum, inter vos adhuc domine-  
tur, mihi eadem imputari non debent: non enim  
ſubterfugi quo minus omnem veritatem annun-  
tiarem, ſcelera veſtra reprehenderem, conſilium  
& voluntatem Dei ſincere vobis aperirem. Igitur  
attendite vobis vitam in melius commutate, ad  
Deum conuertimini, & diligenter caute ne quod  
pater ille familias in Euangelio in agro ſuo deplora-  
uit (qui cum bonum ſemen ſeminaret in agro  
ſuo, venit inimicus homo & ſuperſeminavit zizania. in  
animarum veſtrarum agro deplorare cogar, cum  
enim hoc illi nuntiaretur, dolore & amaritudine  
plenus modeſte ait, *Inimicus homo fecit.*

*Matth. 13.*

Quam

Quam graue mihi putatis, foret, postquam tot bona semina in nobilis parochiæ vestræ agro seminarim (*semen est verbum Dei*) tot vitia eradicaue-  
 rim, peccatis denuo succrescentibus, audire à quo-  
 quam, *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde* *Matth. 13.*  
*habet Zizania?* nonne tot Sanctas conciones easq;  
 efficaces instituisti, tot præclaros conceptus pro-  
 duxisti, toties ad virtutum exercitium Auditores  
 adhortatus es? vnde ergo Iosium, paliurus? vnde  
 adhuc inimicitia, vindictæ desiderium, auaritia &  
 immoderatus erga diuitias amor, vnde viuit ad-  
 huc luxus, libido ac dissolutio? Quid hic replicem  
 aliud, quam quod paterfamilias gemēs, ait: *inimi-*  
*cus homo*, id est, diabolus *hoc fecit*: Satan hæc Zizania  
 superfeminauit. Nolite pati, hocce mihi vt eueni-  
 at, hocce vt in vobis videre cogar: vt scil. peccatis  
 destructis eadem in animis exsurgant, & extirpata  
 repullulent.

Hebræorum Dux Iosue cum ad sonum tubarum  
 sacerdotalium vrbs Ierichuntinæ muros destru-  
 xisset, maledixit ei, qui eosdem reedificare conare-  
 tur: *Maledictus*, inquit, *qui reedificarit mœnia Iericho.* *Ios. 6.*  
 Toto hoc Aduentus tempore Iosuem egi, tubaque  
 Euangelica peccatorum muros & propugnacula  
 vitiorum deiicere conatus sum, & reuera eadem  
 iam ad terram prostrata puto: quin ē. omne male-  
 dictionum genus imprecor ijs, qui eadem repara-  
 bunt, & ad priora delicta velut canis ad vomitum,  
 reuertentur. Hoc igitur iam prohibeo, atq; hoc est  
 quod imprimis vobis curæ esse velim.

Deinde immensas vobis gratias ago, q̄ ad hanc  
 me cathedram euexeritis, inq; audiendo diligen-  
 tes & assidui fueritis. Vobis quidē hoc gloriæ ma-  
 gnæ fuerit, at me singulari ratione deuinxeritis,  
 vestrâ vt vnicumq; locorū pietatem deprædicem,  
 m 5 meri-

merita erga me vestra exaggerem, affectum laudis vestraque in me officia obsequio atque memoria sempiterna celebrē. Adhuc, si minus forte vobis satisfecerim, ut disertior alius & doctior forsitan satisfecisset, aut si gratus usque adeo vobis non existarim, aut si me affectus, id est, maior & insolitus ferventis concionatoris impetus extra debitos decori & officij limites interdum abripuit, excusare me obsecro, ac cogitate vehementiores illos ebullientis animi fervores & æstus mihi naturales esse, bonum publicum animarumque salutem, nullam vermalitiam respicere. Si quid denique inter tot argumenta, ac conceptus Theologicos dignum reperitis, dum tempus & ratio postularit, usurpate, utilitatem inde aliquam colligite, Deum laudate, omniaque ad gloriam illius dirigite.

Tu vero o eterne Deus solus es, cui omnis honor debetur & gloria: tu es, in cuius nominis honorem laborem hunc suscepi, & ad quem solum omne meritum & gloria referenda est. hanc igitur omnem tibi acceptam refero, te laudo, tibi gratias ago, supplexque rogo, nobis ut gratiam nullo tempore deneges, sed inuiolatam semper eam conferas. Equidem summe Deus, qui instar periti nauarchæ totum hoc iter direxisti, efficiam, nunquam ut me ingratitude arguas, sed omnem dabo operam, ut singularem hanc quam à te accepi gratiam, digne expendens, in æternum laudes tuas deprecem. *Benedic itaque anima mea Domino, & omnia que intra me sunt, nomini sancto eius.* Tibique etiam o sanctissima, augustissima, gloriosissimaque Virgo singulares me gratiarum actiones debere profiteor, scio enim, quantum mihi intercessione & precibus tuis utilitatis accesserit, scio, quam mihi apud filium patrocínio tuo profueris. Existitisti nimirum o lucidum

cidum fidus, quod mundi huius mari imperas, in navigatione hac mea velut cynosura, & nauicula mea sub tuo semper horoscopo hoc in æquore nauigauit, quæ cum modo tam feliciter portum ingrediatur, æquum est, vt tibi etiam ex voto gratias agam, post Deum vt te honorem, laudem, celebrẽ, decantem, milleq; tibi nominib. maneam deuinctus. O Virgo concionantium Dux, Doctorum tutela, Philosophorum magistra, laudum mearum sacrificium benigno hodie vultu accipe, tuisq; feruentibus precib. mihi impetra, vt cum totum hoc opus ad illius, cuius tu mater es, gloriam tendat, ipse auctor omni vana gloria exclusa, & agnoscens omnia cælo descendere, sui ipsius quoq; salutem operetur, non vero damnationem incurrat, *ne cum alijs*, iuxta Apostolum, *predicauerit, ipse reprobus efficiatur*. Nunquam hocce mihi quæso accidat infortunium, sed eam quam alios docui viam insistam, viam sc. quæ ad æternam beatitudinem conducit, cuius nos qui omnia nutu suo temperat, & in sæcula sæculorum viuunt, Deus, compotes reddat.

IN FESTO PURIFICATIO-  
NIS B. MARIE VIR-  
ginis.

*Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae. Luc. 2.*

FIGVRA.

CVM Anna, Mater illa Samuelis, quæ de numero illustrium veteris Testamenti matronarum fuit, prius sterilis, filium diuinitus impetrasset; obtulit illum Domino, vt seruiret ei in ministerio templi omnibus diebus vitæ suæ; simulque cum oblatione filij, vitulum in gratiarum  
actio-